



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CIII. Gregorius IV. Anno Christi 827. Ludovici Pii 14. Michaelis II. Balbi 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

consecratum fuisse Pontificem. *Valentinus* quippe Archidiaconus, ex *Anastasio*, statim à sua electione condignis gloriae laudibus ad Lateranensem Patriarchium deductus, & in Pontificali est positus throno. Vide annotat. 1. ad Sabinianum.

CIII.

GREGORIUS IV.

ANNO CHRISTI 827.

LUDOVICI PII 14. MICHAELIS II. BALBI 8.

GREGORIUM IV. Joannis filium, Romanum Pontificiam dignitatem constantissimè recusantem, vel statim, vel paulò post Valentini obitum Clerus, populusque Romanus Pontificem esse voluit. Hujus inauguratio prorogata. Siquidem non priùs ordinatus est, quàm Legatus Imperatoris Romam venit, & electionem populi, qualis esset, examinavit. (1) Altero hujus Pontificis anno Christi 828. corpus S. Marci Evangelistæ Venetias Alexandriâ delatum est, & anno insequente in Ducali Basilica, in ejus honorem constructi cepta, reconditum. (2) Eodem anno Gregorius Ostiam Urbem

Bar. an.

827. §.

29. 32.

Pag. §.

7. 8.

Pag. an.

820. §. 9.

Bar. an.

829. §. 7.

Bar. an.
833. §. 5.
9. 16. 20.
Pag. §.
6. 7. 8.

ben reædificavit, ac novis mœnibus cinxit adversùs Saracenos, qui Siciliâ potiti, universas Italiæ oras piraticis sceleribus infestabant, eamque ex suo nomine *Gregoriopolim* appellavit. Cum filii Ludovici Pii Lotharius Augustus, Pippinus Aquitanæ Rex, Ludovicus Rex Bajoariæ defecissent à Patre, bellumque pararent adversùs eum, Gregorius contendit in Galliam, ut operam impenderet conciliandæ paci. (3) Sed

Bar. an.
834. §. 4.
Pag. §. 2.

re infectâ, Romam rediit. Interim *Compendii Concilium Episcoporum*, quos filii Reges contraxerant, habuim, Imperiumque Patri abrogatum. Quod decretum mox à Gregorio Pontifice rescissum est, (4) atque inde Ludovicus Pius restitutus in gradum pristinum.

Bar. an.
735. §.
45. Pag.
§, 13,

Hic postea Gregorii monitu Festum omnium Sanctorum, quod usque à Bonifacio IV. Kal. Novembris Romæ colebatur, etiam in Gallia atque Germania celebrari voluit. Exinde Novembris dies primus festus, & Sanctis omnibus sacer haberi cœptus ab Ecclesia universa. Mortem Gregorius occubuit IV. Kal. Februar. anno 844. *sexto decimo* quam

quàm regnare cœperat. Quot præ Bar. an.
 terea menses ac dies Pontificatum 843. 6.
 obtinuerit, apud neminem probatæ 12. Pag.
 fidei auctorem reperio. 5.

ANNOTATIONES.

(1) Annales Bertiniani tom. 2. Scriptor.
 Rer. Italic. pag. 518.

Baronius ad an. 827. §. 31. *Vigebat ad-
 huc in Ecclesia Romana consuetudo, ut
 populus postularet, qui proficiendus esset
 Romanus Episcopus, Clerus autem simul
 unà secum consulere, quis esset Ponti-
 fex eligendus. Studiis verò postea con-
 trarius sæpe sapiens scissa Civitas, ut bel-
 lis civilibus consumeretur, frequenter
 accidit: unde opus fuerit in Clerum re-
 fundere omnia amore tranquillioris sta-
 tus: sicque illud evenit, ut diversis oc-
 casionibus postulantiibus, modus sæpè mu-
 tatus inveniatur electionis summi Pon-
 tificis, cum tamen apud Romanum Cle-
 rum semper fuerit summa rerum, adeò
 ut nunquam legitimus sit Pontifex ha-
 bitus, quem non Clerus elegerit, uti vi-
 dimus superius in Constantino per laicos
 intruso Pontifice.*

(2) Vide nostram Historiam Apostolicam,
 De S. Marco Evangelista, interrogatio-
 ne postremâ.

Sandini Vitæ Pontif. Ff Hujus

(3) Hujus *dissidii causam ab imperii divisione ortam* refert Petrus de Marca lib. 4. De Concordia Sacerdotii & Imperii cap. 11. §. 2.

(4) Paulus Æmilius de rebus gestis Francorum lib. 3. pag. 55.

CIV.

SERGIUS II.

ANNO CHRISTI 844.

LOTHARII 5. MICHAEL, III. 3.

Quintus decimus dies erat ab eo die, quo Gregorius IV. obiit, cum Sergius II. Sergii filius, Romanus, in ejus locum IV. Idus

Bar. an. Febr. Pontifex inauguratus est, in-
 844. §. 1. consulto Lothario Imperatore. Or
 3. 4. 10. porci appellatum, ideoque primum
 13. Pag. omnium Pontificum mutasse nomen
 §. 1. 2. minus honestum, sumpto *Sergii* no-
 mine, invenies apud quosdam. No-
 lim his credas. (1) Sed neque illis
 velim adjungas fidem, qui scribunt,
 Ludovicum II. Lotharii filium ab
 hoc Pontifice Imperatorem corona-
 tum. Nam Ludovicus à patre Rex
 Italiæ seu Longobardorum constitu-
 tus, Romam veniens, Regis duntaxat